



Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinder, Joseph

[S.I.], Anno MDCLXXXII.

15 Februarij. 15 Cal. Martij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45295

120 ANNI CISTERCIENS.

machinamenta divinitus cognoscens,
salubris consilij & orationum armis
enervabas. Cæca præsumptio est, sinè ora-
tionis clypeo polliceri sibi de hoste maligna
victoriam. Sed eum ferreum esse oportet;
id est perseverantem: & præterea igneum
amore Divino, ac devotionis fervore. Hunc
tu clypeum, quo tot hostium cuncos pene-
trasti securus, insere brachio meo; tum ma-
xime, cum decretoriè illâ postremâ horâ e-
rit pugnandum.

S. BERNARDUS, serm. 9. in Cant.

Oran-
dum
perseve-
ranter.

Quibus studium est, orare frequen-
ter; experti sunt, quod dico. Sepe
corde tepido & arido accedimus, ad
altare orationi incumbimus. Persti-
tentibus autem repente infunditur
gratia; pinguiscir pectus; replet visce-
ra inundatio pietatis.

(*) (*) \$ (*) \$ (*) \$ (*) (*)

15 Februarij. 15 Cal. Martij.

Vixit B. BERTRADIS: quæ sacro virgi-
circa nitatis velo secundum ritus Cister-
annum cienses ornata, angustis parietibus in-
clusisti innocentiam, sed non famam,
1203. quæ virtutum tuarum meritas laudes
pet

per Westphaliā dilatavit. Cūm tamē circa vitāe sanctioris initia, non dum satīs radicata virtus, incautiūs ageret; insidijs maligni spiritūs se expo- *Dæmon* sūit; qui se in Angelum lucis transfor- induit mans, diu tibi illusit; solitus in menti- angelio splendore per apertam fenestram *lucis:* cellulāe tuāe illabi, ac de futuris rerum eventibus edocere. Non latuerunt hæ prestigiāe sanctum quendam eremi incolam: is tibi nunciavit; ut fenestræ illi ceram, sacerdotis verbis sacratam, in formam crucis affigeres: quo experimēto te fore erudiendam, quali va- *depre-* te haec tenus usā fueris. Nec successu *hensus* caruit consilium: consueto enim lumi- *explodi* nis ludibrio ad volans veterator, extra tur, & fores hæsit, minaciter imperans, ut ce- fuga- ram amoveres: sed tu rectius illum ad tur. suas Orci tenebras abire iussisti. Hac discussa caligine sincera succedens lux, frequenter cellam in cœlum mutavit; dum tota beatarum mentium agmina ad te penè quotidie descenderunt: à quibus tandem ex solitudinis tuāe an- gustijs ad amplissimas siderum mansi- ones fuisti evocata. *Non habitat in soli* *Sol' nō* tudine, cuius cor perpetuā Dei presentiā est, qui fruitur; è cuius memoria nunquam disce cum dit Angelus Tutelaris, nullo momento cli- Deo est. *intem suum solum relinquens. Alia est*

F

solitu-

122 ANNI CISTERCIENS.

solitudo, quam tuis precibus mihi à Deo postulo impetrari: ut nimis nullæ mihi obſtrepant turbae vinarum, inutilium, & cælo innidnarum cogitationum, quæ suum tumultu pia desideria perturbant.

S. BERNAARDUS, ser. I. de diversis.

Solitu- Erraverunt in solitudine. [psal.
do su- 106.] *Solitudo hæc superborum est;*
perbo- *quia solos se reputant, solos appetunt*
rum— *reputari. Literatus est; odit socium.*
Aptitus in negotijs ſecularibus: nemini
nem vellet ſibi ſimilem inveniri. Pe-
cuniosus est: si ditescere viderit alte-
rūm, cruciatur. Fortis, aut formo-
fus: da ei parem, & tabescet. Errat
in solidudine ſua.

(*) (*) (*) § (*) (*) (*) (*) (*)

16 Februarij, 14 Cal. Mart.

Floruit B. SIFFRIDE, Heisterbacensis mo-
circa nache: qui tam celebris fuisti pro-
annum phetiæ ſpiritu, ut vix te alio nomine
1209. vulgus appellaret, quam Prophetæ.
Ut Deipara Mater tuæ erga ſe pietati
reſponderet, ac flamas amoris auge-
ret, ſe tibi non raro ſpectandam dedit.
Ordinibus initiatus, inter Missæ cele-
brati-